

III. *Enarratio Observationum circa Rorem deciduum, factarum Medioburgi in Zeelandis, a Leonardo Stocke, M. D. super aperta Planitie plumbea Turris Astronomicæ Joh. Munkii, Architecti publici; tempore nocturno, inter 25 & 26 Julii 1741. N. S. cum figuris Floccorum Nivalium Jan. 1742. ibidem observatorum.*

Read May 20.
1742.

DIEI 25 Julii meridie, altitudo Barometri fuit 29 poll. 2 $\frac{3}{4}$ lin. Rheland. Thermometri autem Fahrenheitiani 70 gradum: Cœlo sereno, Ventoque leniter flante ex occidente æstivo: At ipso observationum tempore, ab hora decima ad primam nocturnam, Barometri altitudo erat 29 poll. 2 lin. Thermometri circiter 60 gradum, flante vix ullo Vento, Cœloque itidem sereno.

In Vitrum varii generis, multum roris decidit, ita ut totum maderet.

In Aurichalcum politum pauxillum, nec nisi tenuis Vapor.

— Aurichalcum rude & asperum, paulo plus.

— Ferrum Stanno obductum, (Belgice *Blik*) parum.

— — — — — cœrulei coloris, multum.

— — — — — asperum, admodum multum.

— — — — — læve, pæne nihil.

— — — — — rubiginosum, nihil.

— Argentum vivum purum, nihil.

In

In Stannum læve, nihil.

—Plumbum asperum, multum.

— ————lævigatum, parum.

—Argentum candidum, nihil.

— ————politum, nihil.

— inauratum, item nihil.

—Vas Myrrhinum cœrulei coloris, (Belg. *Blaauw Porselein*) multum.

—Scandulam lapideam, multum.

—Corbulam ex canna Indica subtiliter plexam, modicum.

— Lignum Quercuum læve: albi coloris, perquam multum.


— ————nigri coloris, multo minus.

— ————Abiegnum (Belg. *Greenen hout*) lævigatum, erat tantummodo uvidum.

— ————albi coloris, paululum roris habebat.

—Omnis generis papyrum & humescebat.

Illis corporibus, quæ multum roris admittebant, paulo editius, distantia duarum triumve pollicum, supra locum jam roratum collatis, locus iste in plumbea turris planitie siccabatur, ipsaque corpora tam inferne quam superne madefcebant; attamen stannum & argentum in eodem situ locata, sicca permanebant, licet ipse locus antea roratus exsiccaretur.



REGIÆ SOCIETATI Lond. *Figuræ supra-*
positæ, exhibent formas Nivalium Floc-
corum, quos Medioburgi in Zeelandis ob-
servavit Leonardus Stocke, M. D.

Postridie Calend. Jan. 1742. N. S. Summo mane
 depluerunt Flocci, (partim) conformati
 instar Fig. 1. quorum Diametri ad ex-
 tremâ puncta pertingentes erant $\frac{3}{4}$ lin.

10 Jan. die, ante meridiem, Fig. 2. Diametri $\frac{3}{4}$ lin.
 in quibus media sexangularis rosa, sicut in
 Fig. 1. ovales figuræ vacuæ erant.

20 Jan. Circa meridiem, Fig. 3. Diametri 1 lin.
 & Fig. 4. Diametri $1\frac{1}{4}$ lin. hi posteriores
 resplendebant lapidis specularis instar.

IV. A